

uium classem duum milium eduxisset: cōtinuis tempestatibus usq; adeo:  
tū in helleponto: tū ī Exino ē afflictata: ut uix tertia pars nulla penitus cō  
fecta re domū redierit. Paulus itaq; Gregorii frater repperit omnia opinioe  
deteriora. Alia enim ex parte turci superato Tauro mōte: quē cōplures an  
nos infederant descensione facta: in adiacentem planitiem: magna coacta  
manu populabundi finitimas quasq; puincias excurrere cœperunt. Hanc  
Turcorum gentem multos p̄ ānos satis obscurā extitisse: neq; ullis ātīquo  
rum scriptorum litteris celebratā inuenio. Scythas fuisse & a Caucasi: aut  
Caspīi mōtis rupibus erupisse: fere omnes cōsentiūt. Egressos prius pasto  
rali & contēnenda manu: In perfide & media: Latrocinia exercuere. Perq;  
multos ānos ibi fuere sine egregio noīe. Paulatim aut̄ successu tporum tā  
tum & uiribus & animis increuere: ut nōnulli tradant Iustiniani tēporibus  
penetrare ausos ad hellepontum usq;: & Duce Bocano Turco Bosporum  
thracium opulētam urbē aggredi ausos: ut mirū uideri debeat quo pacto  
nihil omnino de ea gente usq; ad Cōstantinum quintum de quo nūc scribi  
mus annis ferme ducentis: scriptū repiatur. Vix ī eo bello qd' cū Cōdroe  
gessit heraclius: eorū nomē auditum. Quicqd' id fuerit Constantino Leo  
nis filio impante ex pside egressi: Ciliciam quā nūc minorē armeniā uocāt:  
occupauere. Sempq; eā regionē tenuere. In maximā aucti multitudinē: Il  
linc cū psis: hinc cū sarrhacenis continēter bella gesserunt ad annū usq; do  
mini octogesimo supra millesimum. Sarrhacenis aut̄ diuturnis turcorū  
uexationibus defatigatis: finis tādē bello impositus. Ea lege ut suscepta  
Sarrhacena supstitione: Turci illis īperitarēt. Factū hoc decem aut circiter  
ānis priusq; christiani principes cōi cōsilio maximū illud bellū ad terrā san  
ctam recipiendā: tū terra: tū mari inferrent orienti. Quis aut̄ tum eēt earū  
gentiū status cū christiani transmisere. Et quo pacto ea tempestate Turci  
cū nomen p̄pagatū sit: nō ego apud ullum reperio pbabilius descriptū: q̄  
apd' Andream Dandulū. Eam rē pp̄ scriptoris auctoritatē cui facultas af  
fuit quacūq; altius condita in lucē eruere: ex gr̄ca p̄sertī historia: q̄ hūit  
familiarē. Vt ex chronicis eius apparet: cōmemorare nō pigebit. Scribit. n.  
Belzethē orientis regē p̄potentē innumerabili multitudinē p̄sarū aliarūq;  
gentium succinctum: Asiā uersus: uastatis quacūq; iter faceret oībus igni  
feroq; itermediis tā urbibus q̄ agris cū Cōstantinopolitano Impatore Ro  
mano: noīe cōflixisse. Maxima tandē strage romanū fusum p̄fligatumq;  
Barbarus ea uictoria elatus: oēm Asiā Syriāq; diripuit ac uastauit. Quat  
tuor aut̄ quasi cōpedes illis iniecit puincias. Siquidem Solimano nepoti:  
Turciam obtinendā tradit: quasi murū inter Persas & impium: Aliū uero  
noīe ducatū Damasco urbi p̄fecit aduersus Calipham Aegyptiū: siq; ab  
ea pte motus exciteretur: Antiochię uero Auxicū genere turcū: Et Alapię q̄  
oli Epiphaniā: nūc Alepon uocant: Assagurū. Hęc Dandulus: Decē post